Incipiunt capitula p ordinem. De caritate rubrica. et post ea dicemus de aliis ordinate.

Dns dic i euglio. Maiore caritate ne mo hŕt ut aiam suam ponat quis p amicis suis. Petr a' dix. Ante oia aut mu tua i uobmet ipis caritatem qtinua hntes. q caritas opit multitudinem peccatoz. Paul' apls dix. Caritas patiens e benigna e. et reliqua. Caritate fr̃nitatis iuicē diligentes. Johes apls dix. Deus caritas est et q manet i carita te i do manet et ds i eo. In hoc apparuit cari tas dei in nob ut sic ille aiam suam posuit pro nob. et nos debemus pro frib; aias ponere. Sa lom dic. Odium suscitat rixas. et uniusa de licta opit caritas. Aug' dix. Si p uiā carita tis ire uolum' ante. ad etnā uitā possumus puenire. Sine caritate eni oine qq; facim' nichil nob' p dest. Uacuū et iane expendim' stu diū. si n̄ habeam' caritatem q deus ē. Regnat aut carnal' cupiditas. ubi non ē dī caritas.

Hec sunt meditaciones beati bernardi.


Multi multa sciunt. et seipsos nesciunt. Alios inspiciunt. et seipsos deserunt. Deum querunt per ista exteriora. deserentes interiora sua. quibus interior est deus. Ideo ab exterioribus redeam ad interiora et ab interioribus ad superiora ascendam. ut possim cognoscere unde venio. aut quo vado. quid sum. vel unde sum. et ita per cognitionem mei valeam pervenire ad cognitionem dei. Quanto namque in cognitione mei proficio. tanto ad cognitionem dei accedo.


De interiore homine.

Secundum interiorem hominem tria invenio in meo per que deum recolo. conspicio. et concupisco. Sunt autem hec tria. Memoria. intelligentia. voluntas sive amor. Per memoriam reminiscor. per intellectum intueor. per voluntatem amplector. Cum dei reminiscor. in memoria mea eum invenio. et in ea de eo et in eo delector. secundum quod ipse me donare dignetur. Intueor intelligentia quid sit ipse deus in seipso. quid in sanctis. quid in angelis. quid in creaturis. quid in hominibus. In seipso est incomprehensibilis. quia principium et finis. principium sine principio. finis sine fine. Ex me intelligo quam incomprehensibilis sit deus. quoniam me ipsum intelligere non possum quem ipse fecit. In angelis est desiderabilis. quoniam in eum desiderant prospicere. In sanctis est delectabilis. quia in eo felices assidue letantur. In creaturis est admirabilis. quia omnia potenter creat. sapienter gubernat. benigne dispensat. In hominibus est amabilis. quia eorum deus est. et ipsi

testimonium perfert quam proximum suum extinguet lingua [illegible]
die ultimo. Qui metu cuiuslibet potestatis veritatem occultat, iram
divinam super se provocat, quia magis timet hominem quam deum. Fal-
sidicus testis tribus est personis obnoxius: primum deo cuius presentiam
contempnit, deinde iudici quem mentiendo fallit, postremo in-
nocenti quem falso testimonio ledit. Si falsi testes esse se-
parantur, mox mendaces inveniuntur. Uterque reus est, et qui
veritatem occultat, et qui mendacium dicit, quia et ille prodesse non
vult, et iste nocere desiderat. Vox enim testimonii ipsius
tamen probabile inveniet. Quatuor modis iustitia in
iudiciis subvertitur: Timore, cupiditate, odio, et
amore. Timore, dum metu potestatis alicuius veritatem dicere
vel iudicare quislibet pavescit. Cupiditate, dum premio mu-
neris alicuius corrumpitur iudex. Odio, dum contra quemlibet
nocere alii desiderat. Amore, dum amicos vel propinquos contra
iustitiam defendit potentior. His iiii. modis sepe equi-
tas iudiciorum subvertitur et innocentia leditur. Magis dolendi
sunt qui opprimunt pauperes quam qui patiuntur iniuriam. Illi enim
qui opprimuntur temporalem miseriam cito finiunt. Illi vero qui opprimunt
eos perpetuam miseriam eternis flammis deputantur. Hic vero sepe
a malis boni iudicantur, in futuro vero numquam mali iudicabunt a
bonis. Sepe enim hic boni infelices sunt et miseri coram hominibus, et ma-
li felices. In illa vero eterna retributione semper boni felices erunt et ma-
erunt. Quia bona sunt in hoc seculo, contendant magis ut ne bona per-
dant perpetua. Et qui molestias patiuntur, fortiter eas suf-
ferant, ut eterna beatitudine digni inveniantur. De invidia. xxxi.
Invidia diaboli mors subintravit in orbem terrarum, dum invidebat
homini eterno celum quod relinquebat quem cum perdidit per transgressionem illius

miseri





domino cui omni gratiarum actione tu tibi
dirupisti vincula mea t' sac. lp. l.

De diversis penitentie fructibus

Post illam namque generalem baptismi
gratiam. et illud preciosissimum
martyrii donum quod sanguinis
ablutione conquirimur: multi sunt pe
nitentie fructus per quos ad expiationem perveni
tur. Non enim tantum illo simplici
penitentie nomine salus eterna repromittitur
de qua apostolus petrus. Penitentiam inquit
et convertimini ut deleantur peccata vestra. et iohannes
baptista. vel ipse dominus. Penitentiam agite. ap
reg. ce. sed etiam per caritatis affectum pecca
torum moles obruitur. Caritas. n. o. m. p.

¶ Similiter etiam per elemosinarum fructum
vulneribus nostris medela prestatur. quia sicut
aqua extinguit ignem: sic ele. exti. p.
Ita et per lacrimarum profusionem con
quiritur ablutio delictorum. Lavabo enim
per sing. noc. lec. m. lac. m. stra. m. riga
bo. Denique subiungit. ostendens non in

sca inuidia ac turpis cogitationibus inoluti
tos non possint de nobis preteriuntes dicere
Benedictio domini super uos benediximus uobis
in nomine domini. ¶ Impossibile namque
est mentem homo cogitationibus inmorari.
cum principale mentis ipsius ad
turpes atque terenos intuitus fuit deuo-
lutum. Verum est enim salomonis sententia
Oculi tui cum uiderint alienam: os tuum
loquetur praua. et iacebis tamquam in corde
maris. et sicut gubernator in tanta magna
tempestate. Dices autem feuerunt me
et non dolui. et deluserunt me ego autem
nesciui. Sed velimus ergo non solum
turpibus sed etiam cogitationibus inmun-
dis: erigenda est semper ad celestia nostre
mentis intencio secundum saluatoris nostri
sententiam. Ubi enim ego sum inquit
illic et minister meus erit. ¶ Solet
enim frequenter accidere. ut dum uel suos
uel aliorum lapsus inpendorum aliquam
piam miseriam recitat affectu ipse

5l9 vest li. b ze a
pasar fa g a
me ga
aa